Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



penes se aliqualiter remanente in eodem hospitio aut iuris et pertinentiis suis quibuscumque
faciens et constituens dictus talis talem absentem et me notarium infrascriptum stipulanti et
recipienti vice nomine sui et suorum ut supra verum dominum iustumque possessorem in re
sua propriam et de sua propria ac verum iuris et indubitatum procuratorem irrevocabilem specialem
ac etiam generalem vices habentis procuratoris ut re sua propriam constitutus ita videlicet quod abinde in
antea excausa predicta dictus talis possit agere et defendere in iudicio scilicet petitiones
suscipere et offerre litis contestatas et decalumpnia et veritate dicenda iurare excipere et
protestare excludere componere exprimi transigere et pacisci et quitare ac pactis de non
petendo facere et se plene tueri in illis. Et omnia alia et singula facere dicere excipere
proponere et opponere que verus et legitimus dominus alicuius rei sibi proprie sue proprie et de ipsa
re propria facere dicere procurare et expiri poterat quocumque. Dans et concedens eidem
tali plenam et liberam potestatem licentiam et specialem mandatum apprehendendi intrandi
nascendi et retinendi nomine suo possessionem corporalem dicti hospitii iuris rationum
et actionum predictarum cum omnibus iuris et pertinentiis suis quecumque voluit auctoritate sua propria
nullius iudicis sive curie super hoc petita licentia vel obtenta et donec ea apprehenderet
constituit se nomine precario suo eiusdem dicti hospitii cum omnibus iuris et pertinentiis suis
possidere. quamquidem donationem facit et facere vult et intendit dictus talis dicto tali ab-
sentem tamquam presentem et michi notario stipulanti pro eo et recipienti ut supra tot et tantis diversis
donationibus quod nec neutra earum viciarum possit prolongare vel iura qua et quibus tenetur
donationem extenti summa v. aureorum absque insinuatione prestationis non valere seu
revocari posse ymo quo casu dictum hospitium excederet seu excedere videretur dictam
summa nec viciari seu tolli valeat beneficio iuris predictorum nec insinuatio iudicis
indigeat quoquo promittens dictus donator se nullam aliam donationem cessionem
permutationem alicui persone capitulo conventu vel universitati de predicto hospitio in speciali
vel generali seu aliquid aliud fecisse vel dixisse in preteritis dicere vel facere in futurum
per se vel alium seu alios quomodo prius donatio et omnia et singula supra et infrascripta
maiorem habeant seu obtinere debeant robur perpetue firmitatis. Sed predicta omnia uni-
versa et singula rata grata et firma perpetuo habere eaque tenere attendere et complere
contra non facere per se vel alium seu alios deinceps vel de facto in scriptis vel aliter aliqua ratione
occasione titulo sive causa excogitata vel excogitanda. Idem talis promisit dicto tali
absentem et michi notario pro eo stipulanti bona fide et per solutionem stipulationem sub ob-
ligatione et ypotheca omnium bonorum suorum presentium et futurorum iuravit cuius iuramenti
virtute per eum prestiti renuntiavit expresso vel expressa sua. et insuper premissis omnibus
et singulis exceptioni non facte predicte donationis et non impensorum servitiorum predictorum
non sic existentis et non sic celebrati contractus et alii dicti quoque factum fore petitionem
et obligationem libelli et simplicis petitionis transcripto huiusmodi publici instrumenti et
eius note conditione indebitis et sine causa et obtentum et iniusta causa iuris dicentis
inhonesta dampnationem revocari posse beneficio minoris etatis et restitutionis in
integrum etc. et dilationibus x. et v. dierum omni stipulationis remedio etc. volens
concedens dictus quod prius instrumentum in iudicio vel extra ante litis contestatam et post in
quacumque parte iudicii possit corrigi etc.

Donatio inter vivos de marito ad uxorem facta de medietate omnium bonorum retento usufructu

Noverint universi quod ego A. de sciens et attendens B. dilectam uxorem meam. ·398· ·b